

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput 30mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Dantia sine defectu . vita sine morte . Verbo omnia  
 erunt tranquilla amena, desiderabilia, delectabilia, quo  
 fit, o amantissime Deus, ut qui te vident, semper te videre  
 desiderent et sine fastidio satiantur. Ah desidero  
 te milias mi Deus, quando venies, me lectu, quando fa-  
 cies, <sup>et</sup> ~~ut~~ oculo tuo saties.

3. Quis iam, nisi amens, aut coecus, omnes mundi vo-  
 cupitates, tanquam puerorum esurientia <sup>non</sup> despiciat, si fu-  
 turam felicitatem assidue meditatur? O qua letitia,  
 qua voluptas erit perpetuo conversari cum Sanctissima  
 Trinitate, ac pro admiratione, pro satiata, pro gaudio  
 pro delectatione, pro amoris ardore in eum, absorberi vi-  
 sione? O Quae letitia, qua voluptas, dulciter atque familia-  
 riter colloqui cum Christo Domino, cum dilectissima ma-  
 tre eius, cum universo tam nobili, tam casto, tam amabi-  
 li coelitu coetu. O qua letitia, qua voluptas, ama-  
 nissima illa luce aeterna perfusi, inscrutabilia secreto-  
 ru Dei iudicia, et ineffabilia sapientiae ipsius arcana  
 vero cognitionis intuitu percipere? O qua letitia qua  
 voluptas videre pulcherrima, audire invidiosissima, qui-  
 tare dulcissima, olfacere suavissima, ~~tingere~~, et  
 percipere gloriosissima, atque in oceano deliciarum natare  
 omnibusque bonis cumulari sine fastidio, sine ter-  
 mino, in omnem aeternitatem. O quando veniam et

M. 41  
 M. 4  
 M. 26  
 M. 18

apparebo ante faciem tuam Domine Deus, quando in  
pace dormiam et requiescam in te? Tibi dixit cor meum,  
exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requi-  
ram. En deprecatus sum faciem tuam in toto corde  
meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

Caput 30<sup>m</sup>

Continuatio earundem aspirationum  
 ex psalmis.  
 1. Quam dilecta tabernacula tua Domine vir-



46  
futurum: concupiscit, et deficit anima mea in atriis  
Domini. ps. 83.

Altitudo tua Domine virtutum cupio, rex meus <sup>a Hieron.</sup>  
et Deus meus. ps. eodē.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam  
habitare in tabernaculis peccatorum. ps. eodē.

Quia melior est dies una in atriis tuis, super  
millia hic. ps. eodē.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti, inhabitabit  
in atriis tuis. ps. 64.

Replebimur in bonis domus tuae: sanctum est  
templum tuum, mirabile in aequitates. ps. 64.

Unam igitur rem petii à Domino: hanc requiram,  
ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus  
vitae meae. ps. 26.

Ut videam voluptatem Domini, et visitem tem-  
plum eius. ps. 26.

Ibi adimplebis me letitia cum vultu tuo: de-  
lectationes in dextera tua usque in finē habebō ps. 15.

2. Et dixi quis dabit mihi pennas sicut colum-  
ba: et volabo, et requiescam. ps. 54.

Sitivit enim anima mea ad Deum fortem vi-  
vum. quando veniā et apparebo ante faciem Dei. ps. 41.

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte:  
dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus? ps. 41.

Edue de custodia animā meā ad confitendum no-  
mini tuo: me enim expectant iusti: donec retri-  
buas mihi premiū gloriae ps. 141. <sup>a Hieron.</sup>

Suscipe me Domine secundum eloquium tuū, et viva:  
et non confundas me ab expectatione meae. ps. 118.



Dominus pars hereditatis mea, et calicis mei,  
tu es, qui restitues hereditatem <sup>meam</sup> mihi. ps. 15.

Credo enim videre bona Domini in terra  
viventium. ps. 26.

3. Domine dilexi decorum domus tua, et  
locum habitationis gloria tua. ps. 25.

Beati enim qui habitant in domo tua Domi-  
ne; li in saecula saeculorum laudabunt te. ps. 93.

Plantati in domo Domini: in atriis domus De-  
i nostri florebut in aeternum. ps. 91.

Memoria abundantiae suavitatis tuae eructa-  
bunt, et de justitia tua exultabunt sine fine. ps. 149.

gaudabunt ab ubertate domus tua, et tor-  
rente voluptatis tuae potabis eos. ps. 35.

Quoniae apud te est fons vitae beatae: et in  
lumine tuo gloria videbimus lumen. ps. 35.

Quare ergo tristis es anima mea, et quare  
conturbas me? ps. 41.

Spera in Deo, quoniae adhuc confitebor illi;  
salutare enim vultus meus, et Deus meus est. ps. 41.

Spera inquam in Domino, et fac bonitatem,  
et pascaris in divitiis eius. ps. 36.

Non enim privabit bonis suis eos, qui ambu-  
lant in innocentia: Domine virtutum beatus ho-  
mo, qui sperat in te. ps. 83.